Fragmentarium

Liber sancti Martini

3674

Facies aquile desuper ipsorum
quatuor. Eze. i. Ezechiel
propheta cui aperti sunt celi et vi
dit visiones dei. vidit iiii
facies in animali uno. iiii or
facies videlicet facies hominis
facies leonis. facies bovis et facies aquile.
in quibus designatur una notitia de verbo incar
nato quadrupliciter descripto prout diffusius
dictum est supra. Nam descripto enim evangelii de
signatur in facie hominis. quia principaliter describit
secundum ipsius humanitatis. descripto Iohannis de
signatur in facie aquile. quia principaliter describit
in Christo excellentiam divine nature. descripto
autem Marci designatur in facie leonis. quia
principaliter describit ipsius regnum. descripto
autem Luce designatur in facie bovis. quod est
animal ymolatitium. quia principaliter describit ipsius
sacerdotium. unde et a sacerdotio inchoat suum
evangelium dicens. Fuit in diebus Herodis
regis iudee sacerdos. quidam nomine Zacha
rias etc. Advertendum tamen quod licet quilibet qua
tuor evangelistarum principaliter consideret
unam predictarum quatuor considerationum. tamen
alias tres non omittit. quia secundum quod dictum
est supra Ezechiele. quilibet in uno re
periens hoc simul in quatuor recognoscere. Et
quia alii doctores visionem Ezechielis expo
nentes dicunt. quod non solum apparuit ei unum
animal habens quatuor facies predictas. sed apparuerunt
ei quatuor alia animalia consimilia. In quibus designa
tur una notitia verbi incarnati. a quatuor
evangelistis concorditer. licet differenter de
scripta. Considerandum tamen quod Ezechiel propheta
inter predictas facies quatuor vidit faciem
aquile desuper eminentem in qua designatur
evangelium Iohannis respectu aliorum excel
lentia secundum quod dictum in verbo premisso. Faci
es aquile etc. in qua designatur evangelium Io
hannis ceteris excellentius in tribus. quia scripsit ce
teris sublimius subtilius et etiam perfectius
stabilitate designatur superior situs cum dicitur
desuper. subtilitate acuties visus cum dicitur
aquile. Aquile per fectionem seu integritatem
designat quaternarius typus cum dicitur. ipsorum
quatuor. Videndum primo advertendum quod
contemplatio scriptorum et potissime evangelistarum

differt a contemplatione philosophorum. philosophi enim contemplati
vi contemplati sunt ipsum deum similiter sed tamen
differenti modo et quantum ad quatuor. contemplatio enim est
actus egrediens ab ipso contemplante et in

IMAGO PHOTOGRAPHIC
COLOUR AND MONOCHROME SEPARATION GUIDE
BLUE CYAN GREEN YELLOW RED MAGENTA WHITE 3/COLOUR BLACK
inch cm
0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Diffi[illegible]

237

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3674, Cod3674_Farbkeil – Charter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-da0a/1749/21149)